2352 rep. a. 1867 Albani *presso la chiesa della Stella; nei magazzini municipali in via della Propaganda* vidit ROSSI anno 1878, a. 1883 frustra quaesivit.

palma corona
D M
C · IVLIO · FELI · C///
FLA · VIANDRE
CONIVGI CARISS

Descripsit de Rossi. Helbig *bull. dell' Inst.* 1867 p. 198.

2353 Albani rep. *presso la vigna detta l' Ercolana.*

D · M
L · IV*ii*O AMICIA
et AR*t*EMISIE VXO
RI EIVS *et* AMICIAE FIL ·

Riccy *mem.* p. 120.
2 IVIIO, 3 IIARIEMISIE, 4 IIAMICIAE traditur; v. 2 fin. et v. 4 ex parte vide ne sint interpolati.

2354 rep. Albani in villa Altieri anno 1763 AMAD., Albani rep. a principe Altieri *in una contrada detta Serciara* anno 1770 RICCY. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* suppl. coniug. II). — S. l. ODER. — Romae in palatio principis Praenestini DON. (455), errore.

D · M
MEMORIAE · LVCISCAE
CONIVGIS · CASTISSI
MAE · SVIQVAE · AMAN sic
TISSIMAE ·
DIODORVS ·

Descripsit Henzen. Amaduzzi misit Lamio d. 11 Iun. 1763 (Lam. epist. Riccard. vol. 2), unde edita est *Novelle Fiorentine* 1763 p. 443 (inde Donati 405, 2); Oderico dissert. 224, 66, qui vidit (inde ut videtur Donati 455, 12); Riccy *mem.* p. 119; Marini ms. Vat. 9122 f. 88.

2355 Albani apud Giornium, antea ibidem *nel casino Poniatowski*, fortasse originis urbanae.

D · M ·
LVRIAE · STRATON C · sic
VIXIT · ANN XXIIII
LVRIA · HEORTE
FILIAE · DVLCISS ·

Descripsit de Rossi.

2356 in rudi operculo urnae ex lapide Albano litteris detritis, Albani ante fores domus privatae in via qua recta itur ad S. Rocchum MAR.

FILIP... MARCE
LLINVS QVI V
ANN XII DIE LVI
TALIDI ET TROI
ANILIA PARENT
FILIO B M F

Marini ms. Vat. 9127 f. 111.
Fuit operculum simile eis quae magno numero prodierunt anno 1866, nec lectionis magis expeditae.

2357 lapis Albanus, rep. anno 1841 Albani *in sull' apertura del piano de' così detti grottoni della stella.*

NEBIA · LVCILIAE
QVE · VIXIT · ANNO
VNO · M · V · DIEB · V ·
NEBIVS · IVSTVS · ET
BALE*ri*A BITALIS
PARENTES · FILIE
DVLCISSIME · FEC ·

Giorni *storia* p. 210.
5 BALET· SABITALIS traditur.

2358 tabula (marmorea ut videtur). Albani in domo Capogrossi, rep. anno 1800 in sepulcro in *via della Stella* MELCH.; rep. anno 1810 *nella grotta Capogrossi nel borgo della Stella* GIORN. Albani rep. in fundamentis domus Mellinae CAET., similiter CAST. Extat Albani *Corso Vittorio Emanuele* n. 160.

P · P · NOVIORVM · AMPHIONIS
ET · ZETHI
LIBERTORVM · ET · LIBERTARVM · ET
P · NOVI · ZETHI
LIBERTORVM · ET · LIBERTARVM

Descripsi. Melchiorri ms.; Giorni *storia* p. 92; descripserunt M. A. Caetani dux Sermonetae, item Castellani.
1 prior P, quam exhibent Melch. et Giorn., videtur periisse; certe omisimus eam Caetani Castellani ego.

2359 cippus marmoreus eleganter ornatus. Rep. Albani principio mensis Maii 1861 *nello scavare le fondamenta di un palazzetto lungo la via* Appia GARR. Albani in aedibus Narducci HELBIG, *nel giardino dell' Albergo di Roma* GATTI EGO.

P · NOVIVS
P · L
SYMPHORVS

Descripsimus Brunn Helbig Gatti ego. Edidit Garrucci *Civiltà cattolica* ser. IV vol. 11 (1861) p. 733.

2360 cippus marmoreus. Albani rep. una cum n. 2359 GARR., extat eodem loco quo ille.

P · NOVIO
P · L · THIASO
P · NOVIVS
CALLISTVS
FECIT
EX · TESTAMENTO
IVSSV PATRONI

Descripsimus Brunn Helbig Gatti ego. Edidit Garrucci *Civiltà cattolica* ser. IV vol. 11 (1861) p. 733.

2361 in sepulcreto ad lacum Albanum.

I
VIXIT
ANN · V M · VIIII
NVMI PRIMVS
ET NV PRIMA FI
*li*A B M F

Descripsit Wendt, edidit Henzen *Annali* 1867 p. 77, huius corporis vol. VI n. 3389.
4. 5 lege *Numi(torius), Nu(mitoria).*

2362 fragmentum magni lapidis. Albani.

M · PETREI....
HOR...

Lupi cod. Vat. 9143 f. 9 a Lesleo.
2 tribus fortasse originem Aricinam indicat.

2363 cippus marmoreus in villa Torlonia, prope Castel Gandolfo GATTI. Vide ne sit originis urbanae.

protome
DIIS · MANIBVS
T · PINNIO
EPAPHRODITO
urceus VIXIT · ANNIS · XVIII patera
MENSIBVS · V · FECIT
C · RVSTIVS · EPICTETVS
AMICO · DIGNISSIMO
BENE · MERENTI

Descripsit Gatti. Edidit Tomassetti *archivio della società rom. di storia patria* vol. 7 (1884) p. 445.

2364 Albani DON. — Locum non indicant NEAP. BARB.

DIS MANIBVS
POMPEIAE · SEVER · SORORI
CARISSIMAE · QVAE · VIXIT
ANNIS XXII · MENS · XI · D · XII · ET
T · POMPEIO · SEVER · PATRI ET
PIO · ET INDVLGENTISSIMO
OPTVMO PATRONO
T · POMPEIVS · ANTONINVS
PARENTIBVS · BENEMERENTIBVS
FECIT ET SIBI ET
SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM

Cassianus a Puteo, qui vidit, cod. Neap. V, E, 10 f. 12, apud Donium cod. Maruc. A 188 f. 423, ed. 11, 1 (inde Mur. 1272, 4), in cod. Barb. 30, 182 f. 41'.
1 DIS Neap., DIIS Doni (Maruc. ed.) Barb. — 5 fin. ET habent Neap. et Barb., om. Doni.

2365 ara rotunda marmorea MAR. Albae in aede S. Mariae IVC. Albani *in S. Maria Rotonda* SAB. Albani in vestibulo culinae seminarii MAR.; *serve di mortario alla cucina del collegio* RICCY.

POMPONIAE · L · F
PHILAE

Iucundus rec. 3 (cod. Magl. 28, 34 f. 38; Piccart n. 233, ex quo Reinesius 17, 95); Metellus Vat. 6039 f. 342 'exscr. Pyrrhus Ligorius'; liber Sabinensis Manutii Vat. 6040 f. 53; Donius Vat. 7113 f. 44, Barb. p. 244 a Menestrierio; Riccy *memorie* p. 120; Marini, qui vidit, Vat. 9120 f. 142.
1 POMPONIA Mar., POMPEIAE Iuc. — 2 PHILE Mar., PHIALAE Iuc.

4204 duo fragmenta tabulae marmoreae altae m. 0,27, crassae m. 0,11, rep. Nemi a. 1885.

corNELIVs MAIOR

Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 227.

4205 fragmentum tabulae marmoreae. Nemi rep., est ibi in aedibus Orsini.

R · MIS

CŌTILV

Descripsit Gatti. Lanciani *not. degli scavi* 1885 p. 227.

1 in. dedi ut excepit Gatti, Λ Lanc.

4206 fragmentum tabulae marmoreae (litteris v. 1 cm. 7) in effossionibus Nemorensibus rep.

VS · M · L · OPVS
IT D

Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 237.

Opus vocabulum v. 1 Henzenus (apud Helbigium l. c.) accepit de opere aliquo publico, quod dedicaverit homo libertinus cognomine carens, id autem indicium esse aetatis remotae; Mommseno M · L est *m(erito) l(ibens)*.

4207 fistula plumbea Nemi rep.; *nel lato settentrionale dell' area sacra sono state scoperte alcune stanze da bagno, e traccie di una piscina, alla quale si dirige un condotto plumbeo con l' iscrizione* LANC.

PAMPHILVS · AVG · N · SER · FEC

Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 193. Praeterea prodiisse longissimam fistulam *con la portata impressa di quinarie XV* narrat Lanciani *not. degli scavi* 1885 p. 254.

4208 fragmentum marmoreum *(lastrina di marmo assai sottile)* rep. Nemi, est ibi in aedibus Orsini.

GVS · PVBL
CENSORI
EX · V*oto*

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 255.

4209 fragmentum tabulae marmoreae litteris cm. 7—$5^1/_2$. Nemi rep. a. 1885.

TIL
ONV · E
IAS · SCO

Helbig *bull. dell' Inst.* 1885 p. 238.

4210 *frammento di fregio liscio* rep. eodem loco quo n. 4199.

IALIS

Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 320.

VIII. MONS ALBANVS (p. 213).

ad n. 2237. Henricus Matzat *Röm. Chronol.* I p. 146 coniecit quattuor feriarum Latinarum huius fragmenti mentiones spectare non, ut Mommsenus proposuerat, ad quattuor annos 357—360, sed primas duas mentiones spectare ad annum 358, quo anno iterum Latinas actas esse putat honoris deorum caussa propter victoriam Veientem, similiter ut factum est a. 586 propter victoriam de rege Perse (Mommsen *R. Forsch.* 2 p. 106). Quae coniectura habet quo se commendat. Removetur enim ita quam Mommseno (l. c. p. 111) necesse fuerat statuere discrepantia inter Livium et hos fastos.

4210 *a*—**4210** *c* in monte Cavo in coenobio.

4210 *a* litteris v. 1 cm. $11^1/_2$, v. 2 cm. 5.

*caes*ARI · *T* ESA
*po*NTIF

4210 *b*.

TA · VXSO*r*
LLA FILIA
i · REPENTINVS

4210 *c* litteris aetatis labentis.

EI
ROI
ROM

Descripsit Bormann mense Iunio 1869. — Fragmentum 4210 *c* vide ne pars fuerit inscriptionis n. 2249.

4211 viae antiquae, qua mons Albanus ascendebatur, pars extrema, inter Palazzolo et summum montem Albanum, extat adhuc paene ita ut strata erat: *essa è lastricata*, ait Nibbyus *anal.* I p. 114/5, *al solito di grossi poligoni di lava basaltina ammirabilmente commessi insieme, in molti de' quali ancora rimarcasi la picchiatura, perchè i cavalli non isdrucciolassero: rinfiancata dalle crepidini, e di tratto in tratto veggonsi incise collo scalpello le lettere* N V. Etiam nuper eodem tractu viae Mommsen et Huelsen litteram N viderunt septies repetitam, litteram V quinquies vel sexies.

IX. AGER ALBANVS (p. 216).

ad n. 2286. Descripsit etiam Tomassetti, qui v. 2 fin. legit MAXI, v. 8 MER (pro M).

ad n. 2289. Tomassetti qui descripsit v. 3 pro VIX legit VIXIT.

ad n. 2309. Eadem inscriptio (sive eiusdem inscriptionis exemplum alterum) est etiam *notizie degli scavi* 1884 p. 395 (in fine FEC cum palmula) (reperta ut dicitur in horto Francisci Cardini prope stationem viae ferratae; *si veggono conserve di acqua, dalle quali si dipartono fistule plumbee assai lunghe, con la leggenda*).

ad n. 2358. Primus descripsit Zoëga *(nel vestibolo della casa Capogrossi fuori di Albano)*, a quo acceptam posuit Marinius in sylloge doliari n. 1276 (editionis p. 367). Zoëga quoque v. 1 duplicem P vidit.

ad n. 2363. Dele; est origine urbana, huius Corp. vol. VI n. 24204.

4212 fragmentum marmoreum Albani rep. (prope portam Romanam, a sinistra viae Appiae, in fundo heredum Sante De Gasperis, si haec ad hanc inscriptionem pertinent).

imp. CAES
*diui m*AGNI
*anton*INI · FILIV*s*
*diui se*VERI *nep*
cet.

Notizie degli scavi 1885 p. 79 ad ectypum missum a Salustrio.

3 fin. FILI'' (ita ut magis superesse videatur ex FILIV*s* quam ex FILIO), 4 VFP editio.

4213 fragmenta reperta Albani in horto Bologna mense Aug. a. 1886.

*a*VR ·
*l*EG · II PA*rth*

VS · MIL
ANT
e VII

Descripsit de Rossi.

4214 fragmentum rep. cum n. 4213.

D *m*
AVR · BI*thus?*
COH · II · P*r?*
N

Descripsit de Rossi.

4215 fragmentum rep. cum n. 4213.

D *m*
AVREL B
ER QVI MI*litauit*

Descripsit de Rossi.

4216 fragmentum repertum cum n. 4213.

ann. XII *l*
FL AVI V*s*
COMMAN*ipulo*
BEN*e merenti*

Descripsit de Rossi.